



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De ministro confessionis. Quæstio 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

efficaciam alijs partibus præbens: ideò eodem modo indicatur de tota pœnitentia, sicut de contritione.

Ad quartum dicendum, quòd quia confessio magis ex spe procedit, quàm ex timore, vt dictum est *: ideò magis innititur articulo de vita æterna, quàm respicit spes, quàm articulo de iudicio, quod respicit timor: quamuis pœnitentia ratione contritionis conuerso se habeat.

q. 1. ar. 2.
et ar. 1.
huius q.
ad 2.

Ad quintum patet solutio ex dictis †.

QVÆST. VIII.

in corp.
art.

De ministro confessionis, in septem articulos diuisa.

Deinde considerandum est de ministro confessionis.

¶ Circa quod quaruntur septem.

¶ Primo, vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti?

¶ Secundo, vtrum in aliquo casu liceat alijs quàm sacerdotibus confiteri?

¶ Tertio, vtrum extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos confessionem venialium audire?

¶ Quarto, vtrum sit necessarium quòd homo confiteatur proprio sacerdoti?

¶ Quinto, vtrum possit aliquis alteri, quàm proprio sacerdoti confiteri ex priuilegio, vel mandato superioris?

¶ Sexto, vtrum pœnitens in extremo vitæ suæ possit absolui à quolibet sacerdote?

¶ Septimo, vtrum pœna temporalis taxari debeat secundum quantitatem culpæ?

ARTIC. I.

Vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti?

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd non sit necessarium sacerdoti confiteri.

Ad confessionem enim non obligamur nisi ex diuina institutione. Sed diuina institutio nobis proponitur iacob. 5.

Confitemini alterutrum peccata vestra: vbi non fit mentio

Tho. vbi
supra ar.
3. q. 1. et
seq.

mentio de sacerdote . Ergo non oportet confiteri sacerdoti .

¶ 2 Præterea , Pœnitentia est necessarium sacramentum , sicut & baptisimus . Sed in baptisimo necessitatem sacramenti , est minister quilibet . Ergo & in pœnitentia . Sed ministro pœnitentiæ faciendæ est confessio . Ergo sufficit cuilibet confiteri .

¶ 3 Præterea , Confessio est ad hoc necessarium , ut taxetur pœnitenti satisfactionis modus . Sed doque aliquis non sacerdos discretius posset taxare ei dare satisfactionis modum , quàm multi sacerdotes . Ergo non est necessarium quòd confessio fieri sacerdoti .

¶ 4 Præterea , Confessio ad hoc est ordinata Ecclesie , ut rectores vultum pecorum suorum dirigant . Sed quandoque rector vel prælatus non sacerdos . Ergo confessio non semper faciendæ sacerdoti .

cap. omnis, de pœnit. & remiss. SED contra , Absolutio pœnitentis , proprie fit confessio , non pertinet nisi ad sacerdotes . claves Ecclesiæ commissæ sunt . Ergo confessio debet fieri sacerdoti .

Al. susceptione. Præterea , Confessio præfiguratur in Lazari * viuificatione . Sed Dominus solis discipulo cepit , ut soluerent Lazarum , ut patet Ioan. 11 . sacerdotibus faciendæ est confessio .

RESPONDEO dicendum , quòd gratia , quæ in sacramentis datur , à capite in mēbra descendit . Solus ille minister est sacramentorum , in quo gratia datur , qui habet ministerium super corpus . Verum : quòd solius sacerdotis est , qui confert Eucharistiam potest . Et idèd cum in sacramentis pœnitentiæ gratia conferatur , solus sacerdos , est huius sacramenti . Et idèd ei soli faciendæ sacramentalis confessio , quæ ministro Ecclesiæ debet .

sup. 5. Ad primum ergo dicendum , quòd Lazarus loquitur ex præsuppositione diuinæ institutionis .

& quia
ne face
tem ren
Ioan. 2
sacerdoti
Ad fe
gis sacra
ad confe
baptisim
is etern
rationis
ne, quæ
ritio cu
ionis su
non est t
Ad ter
atisfacti
sed e
rameni
em, qua
tas pœn
Ad qu
ecoris,
hoc quod
vultur
astorale
sacerdote
erens m
im peco
saluati
na præb
gnition
rum in
D fe
nisi
cri. Qu
Supp

& quia diuinitus institutio præcesserat de confessione sacerdotibus faciendâ, per hoc quod eis potestatem remittendi peccata in Apostolis dedit, vt patet Ioan. 20. idè intelligendum est, quod Iacobus sacerdotibus confessionem esse faciendam monuit.

Ad secundum dicendum, quod baptisimus est magis sacramentum necessitatis, quàm pœnitentia, quoad confessionem & absolutionem: quia quandoque baptisimus prætermitti non potest sine periculo salutis æternæ, vt patet in pueris, qui non habent vsum rationis. Sed non est ita de confessione & absolutione, quæ tantum ad adultos perrinent: in quibus contritio cum proposito confitendi, & desiderio absolutionis sufficit ad liberandum à morte æterna. Et idè non est simile de baptismo & confessione.

Ad tertium dicendum, quod sicut dictum est *, in satisfactione non solum attendenda est quantitas pœnitentiæ, sed etiam virtus eius, secundum quod est pars sacramenti. Et sic requirit sacramentorum dispensationem, quamuis etiam ab alio, quàm à sacerdote quantitas pœnitentiæ taxari possit.

q. 6. ar. 1,
ad 4.

Ad quartum dicendum, quod cognoscere vultum pecoris, ad duo potest necessarium esse. Primo, ad hoc quod coordinetur gregi Christi. & sic cognoscere vultum pecoris pertinet ad curam & sollicitudinè pastoralem, quæ incùbit quandoque illis, qui non sunt sacerdotes. Secundo, ad hoc quod prouideatur ei comens medicamentum salutis: & sic cognoscere vultum pecoris, pertinet ad eum cuius est medicamentum salutis, (scilicet sacramentum Eucharistiæ) & ad eum qui præbet, (scilicet ad sacerdotem) & ad talem confessionem pecoris, confessio ordinatur.

ARTIC. II.

Utrum in aliquo casu liceat alijs quàm sacerdotibus confiteri?

29

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod in nullo casu liceat alijs quàm sacerdotibus confiteri. Quia confessio, sacramentalis accusatio est: vt Supplementum.

F

es

eramenti vtrumque debet concurrere, quando possibile est. Sed quando necessitas imminet, debet facere penitens quod ex parte sua est, scilicet conteri & confiteri cui potest: qui quamuis sacramentum perficere non possit, vt faciat id quod ex parte sacerdotis est, absolutionem scilicet: defectum tamen sacerdotis summus sacerdos supplet. Nihilominus confessio ex defectu sacerdotis laico facta, sacramentalis est quodammodo: quamuis non sit sacramentum perfectum, quia deest ei id quod est ex parte sacerdotis.

Ad secundum dicendum, quod quamuis laicus non sit iudex eius, qui sibi confitetur absolute: tamen ne ratione necessitatis accipit iudicium super eum, feri. Secundum quod confitens ex defectu sacerdotis se ei, iterum subdit.

Ad tertium dicendum, quod per sacramenta homo non solum Deo, sed etiam ecclesie oportet quod reconcilietur. Ecclesie autem reconciliari non potest nisi sanctificatio Ecclesie ad eum perueniat. In baptismo autem sanctificatio Ecclesie ad hominem peruenit per ipsum elementum exterius adhibitum, quod verbo vitæ sanctificatur secundum formam Ecclesie, cuius quocumque detur: & ideo ex quo semel baptizatus, cui est a quocumque, non oportet quod iterum baptizetur. Sed in penitentia, Ecclesie sanctificatio non est superuenit ad hominem nisi per ministrum: quia non est ibi aliquod elementum corporale exterius adhibitum, quod ex sanctificatione inuisibilem gratiam conferat. Et ideo quamuis ille laico confessus in articulo necessitatis, consecutus sit veniam a Deo, tamen quod propositum quod concepit, confitendi se: secundum mandatum Dei, sicut potuit impleuit: non tamen adhuc Ecclesie reconciliatus est vt ad sacramenta Ecclesie admitti debeat, nisi prius a sacerdote absoluat: sicut ille qui baptismo flaminis baptizatus est, ad Eucharistiam non admittitur. Et ideo oportet quod iterum confiteatur sacerdoti,

F a cum

hoc eod. art. ad 1

eum copiam habere potuerit: & præcipue quod dictum est *) sacramentum penitentiae perfectum fuit. Unde oportet quod perficiatur, ut ex ipsa conceptione sacramenti pleniorum effectum consequatur, & ut mandatum de penitentiae sacramento piendo impleat.

ARTIC. III.

Virum extra casum necessitatis possit aliquis sacerdos confessionem venialium audire

30

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod extra casum necessitatis non possit aliquis sacerdos confessionem venialium audire. Quia sacramentum aliquod committitur laico dispensandum in casu necessitatis. Sed confessio venialium non est in necessitate. Ergo non committitur laico.

¶ 2 Præterea, Contra venialia ordinatur effectus unctio, sicut & penitentia. Sed illa non potest committi laico: ut patet Iacobi ultimo. Ergo nec confessio venialium potest ei fieri.

** citatur à Magist. lib. 4. sent. d. 17 parag. E ante fin.*

SED contra est, quod dicit Beda in littera responsionis. RESPONDEO dicendum, quod per peccatum veniale homo nec à Deo, nec a sacramentis separatur: & ideo non indiget nova gratia conferenda ad eius dimissionem, neque indiget reconsecratione ecclesie. Et propter hoc non oportet quod confessionis venialium, quae non est in necessitate, committatur laico. Quia tamen ipsa confessio laico facta sacramentale quoddam est, quia procedens: & talibus natum est veniale remissionem conferre. Et per hoc patet solutio ad primum: quia non indigent sacramenti perceptione ad dimissionem sui, sed sufficit ibi aliquid sacramentale, ut benedicta vel aliquid huiusmodi.

¶ 4 Ad secundum dicendum, quod extrema unctio datur directe contra veniale, nec aliquod sacramentum.

Virum
Ad
sacerd
ramin
sacerd
tibus li
re, pro
atque p
prius sa
animar
tionem
¶ 2
sacram
potest
dos pos
non op
¶ 3
sacerdo
ne conf
cit enim
tiam, qu
Ergo vi
sacerdoti
¶ 4
qui
cum non
confessio
¶ 5
dicit
contra e
ni sacer
sacerdot

Utrum sit necessarium quod homo confiteatur proprio sacerdoti ?

31

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod non sit necessarium, quod homo confiteatur proprio sacerdoti. Gregor. * enim dicit, Apostolico moderate & pietatis officio à nobis constitutum est, quod sacerdotibus monachis Apostolorum figuram tenentibus liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, acque peccata solvere. Sed monachi non sunt proprii sacerdotes aliquorum, cum non habeant curam animarum. Ergo cum confessio fiat propter absolutionem, sufficit quod fiat cuicumque sacerdoti.

*Refertur
16. q. 1. c.
ex auct.*

¶ 2 Præterea, Sicut sacerdos est minister huius sacramenti, ita & Eucharistiæ. Sed quilibet sacerdos potest Eucharistiam conficere. Ergo quilibet sacerdos potest sacramentum pœnitentiæ ministrare. Ergo non oportet quod fiat proprio sacerdoti.

¶ 3 Præterea, Illud ad quod determinate tenemur, non est in nostra electione constitutum. Sed sacerdos cui confiteri tenemur, est in nostra electione constitutus: ut patet per August. * in littera. Dicit enim, Qui vult confiteri peccata, ut inueniat gratiam, querat sacerdotem, qui sciat solvere & ligare. Ergo videtur, quod non sit necessarium proprio sacerdoti confiteri.

*in lib. de
vera &
falsa pœ-
nit. c. 10.
à med. to.*

¶ 4 Præterea, Quidam sunt, sicut Papa, & Prælatus, qui non videntur habere proprium sacerdotem, cum non habeant superiorem. Sed isti tenentur ad confessionem. Ergo non semper tenetur homo confiteri proprio sacerdoti.

*4. q. 4.
Sent. d. 17
§. 1. E.*

¶ 5 Præterea, Illud quod est institutum pro charitate, contra charitatem non militat, ut Bernad. * dicit. Sed confessio quæ pro charitate instituta est, contra charitatem militaret, si homo ad confitendum proprio sacerdoti esset obligatus: ut puta, si peccator sciat sacerdotem suum hæreticum, aut sollicitorem ad

** in lib.
de disp. et præcep.
no remo-
tè à prin.*

F 3 malum,

malum, aut fragilem, qui ad peccatum, quod confitetur, sit pronus: vel si reuelator esse confessionis probabiliter existimetur: vel si peccatum commissum sit, de quo quis confiteri debet. Ergo videtur, quòd non semper oporteat confiteri proprio sacerdoti.

¶ 6 Præterea, In eo quod est necessarium ad salutem, non sunt homines arctandi, ne impediantur à via salutis. Sed magna arctatio videtur, si oporteat vni homini confiteri de necessitate: & per hoc multi possent à confessione retrahi, vel timore verecundia, vel aliquo alio huiusmodi. Ergo confessio sit de necessitate salutis, non debent homines ad hoc arctari (vt videtur) quòd proprio sacerdoti confiteantur.

* In Cõc. SED contra est, Decret. Innocen. * qui in illis quòd omnes vtriusque sexus semel in anno proprio sacerdoti confiteantur.

¶ Præterea, Sicut Episcopus se habet ad diocesim suam, ita sacerdos ad suam parochiam. Sed licet vni Episcopo in diocesi alterius, Episcopo officium exercere: secundum statuta canonica. Ergo non licet vni sacerdoti parochianum alteri audire.

RESPONDEO dicendum, quòd alia sacramenta non consistunt in hoc, quòd ad sacramentum cedens, aliquid agat, sed solum vt recipiat. patet in Baptismo & huiusmodi. Sed actus recipiendi requiritur ad percipiendam vtilitatem sacramenti in eo, qui est suæ voluntatis arbiter constitutus quasi remouens prohibens, scilicet fictionem in penitentia, actus accedentis ad sacramentum est de substantia sacramenti: eo quòd confessio & satisfactio sunt penitentia partes sunt actus penitentis. Actus autem nostri in nobis principium habeant, non possunt ab alijs dispensari nisi per imperium. Vnde videtur quòd ille, qui dispensator huius sacramenti

lib. 5. tit. 38. c. 12. ¶ Id habetur de Penitentia. d. 6. c. 2. post med. c. 9. q. 2. c. 1. 3. c. 7. ex Cõc. An. rito. cano. 13. c. 22.

stituitur, sit talis, qui possit imperare aliquid agendum. Imperium autem non competit alicui in alium, nisi qui habet super eum iurisdictionem. Et ideo de necessitate huius sacramenti est, non solum ut minister habeat ordinem, sicut in alijs sacramentis: sed etiam ut habeat iurisdictionem. Et ideo sicut ille, qui non est sacerdos, non potest hoc sacramentum conferre: ita nec ille, qui non habet iurisdictionem. Et propter hoc oportet sicut sacerdoti, ita proprio sacerdoti confessionem fieri. Cum enim sacerdos non absoluat nisi ligando ad aliquid faciendum, ille solus potest absolvere, qui potest per imperium ad aliquid faciendum ligare.

Ad primum ergo dicendum, quod Gregorius ** 101. tit. in arg.* loquitur de illis monachis, qui iurisdictionem habent, vepote quibus alicuius parochie cura est commissa: de quibus aliqui dicebant, quod ex hoc ipso quod monachi erant, non poterant absolvere, & peccentias iniungere: quod falsum est.

Ad secundum dicendum, quod sacramentum Eucharistie non requirit imperium in aliquem hominem: secus autem est in hoc sacramento, ut dicitur **: & ideo ratio non sequitur. Et tamen non licet Eucharistiam ab alio, quam à proprio sacerdote accipere, quamvis verum sit sacramentum, quod ab alio percipitur. in 10. a. 2.*

Ad tertium dicendum, quod electio discreti sacerdotis non est nobis commissa, ut ex nostro arbitrio facienda: sed de licentia Superioris, si forte proprius sacerdos esset minus idoneus ad apponendum peccatis salutare remedium.

Ad quartum dicendum, quod quia prelati incumbunt sacramenta dispensare, quæ non nisi mundi curare debent: ideo concessum est eis à iure **: ut dicitur in De cr. l. 3. ti. 38. c. 16.* quod possint sibi eligere proprios sacerdotes confessores, qui quantum ad hoc, sunt eis superiores: quod etiam vnus medicus ab alio curatur, non in

F 4 qua-

quantum medicus, sed in quantum infirmus. Ad quintum dicendum, quod in casibus illis, quibus probabiliter timet penitentem periculum vel sacerdoti ex confessione, quam ei faceret, recurrere ad Superiorem, vel ab eodem petere licentiam alteri confitendi. Quod si licentiam habere non possit, idem est iudicium, quod de illo non habet copiam sacerdotis: unde magis debet gerere laicum cui confiteatur. Nec in hoc traditur aliquis præceptum Ecclesiæ: quia præcepta iuris positivi non se extendunt ultra intentionem præcipientis, quæ est finis præcepti: hic autem charitas, secundum Apostolum*. Nec etiam iniuria fit sacerdoti: quia privilegium meretur tere, qui concessa sibi ab utitur potestate.

1. Tim. 2.

Ad sextum dicendum, quod in hoc quod proprio sacerdoti confiteri, non ardetur via, sed sufficiens ad salutem via statuitur. Peccatum sacerdos, si non esset facilis ad præbendam licentiam alteri confitendi: quia multi sunt ad se firmi, quod potius sine confessione morerentur tali sacerdoti confiterentur. Unde illi, qui sumis solliciti, ut conscientias subditorum, per confessionem sciunt, multis laqueum damnationis faciunt; & per consequens, sibi ipsis.

ARTIC. V.

Utrum aliquis possit alteri, quam proprio sacerdoti confiteri, ex privilegio vel mandato superioris?

32
Extrav.
vas ele-
ctionis
tit. de ha-
ret. inter
symones.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod non possit aliquis alteri, quam proprio sacerdoti confiteri, etiam ex privilegio vel mandato superioris. Quia non potest aliquod privilegium in præiudicium alterius. Sed hoc esset in præiudicium proprii sacerdotis, si alius confessionem sui audiat. Ergo non potest per privilegium licentiam vel mandatum superioris obtineri.

¶ 2. Præterea, illud per quod impeditur

mandatum, non potest per mandatum vel priuilegium alicuius hominis concedi. Sed mandatum diuinum est ad rectores Ecclesiarum, vt diligenter vultum pecoris sui agnoscant, Prouerb. 27. Quod impeditur si alius quam ipsi, confessionem eius audiat. Ergo hoc non potest per alicuius hominis priuilegium vel mandatum ordinari.

¶ 3 Præterea, Ille qui audit confessionem alicuius, est proprius iudex eius: aliàs non posset eum ligare & soluere. Sed vnus hominis non possunt esse plures proprij sacerdotes vel iudices: quia tunc teneretur pluribus obedire, quod esset impossibile, si contraria præciperent, vel impossibilia. Ergo non potest aliquis confiteri, nisi proprio sacerdoti, etiam ex superioris licentia.

¶ 4 Præterea, Inuriam sacramento facit, qui sacramentum iterat super eandem materiam, vel ad minus inutiliter facit. Sed qui confessus est alij sacerdoti, tenetur iterum confiteri proprio sacerdoti, si petat: quia non est absolutus ab obedientia, qua et tenetur ad hoc. Ergo non potest licitè fieri, quòd aliquis alij, quàm proprio sacerdoti confiteatur.

SED contra, Ea, quæ sunt ordinis, possunt habenti similem ordinem committi ab eo, qui ea facere potest. Sed superior, vt Episcopus, potest confessionem audire illius, qui est de parochia alicuius presbyteri: quia etiam quandoque aliquos casus sibi reseruat, cum sit principalior rector. Ergo etiam potest committere alteri sacerdoti, quod ipsum audiat.

¶ Præterea, Quicquid potest inferior, potest superior. Sed ipse sacerdos potest suo parochiano dare licentiam, vt alteri confiteatur. Ergo multo fortius eius superior hoc potest.

¶ Præterea, Potestatem quam habet sacerdos in populo, habet ab Episcopo. Sed ex illa potestate potest confessionem audire. Ergo & eadem ratione alius, cui Episcopus potestatem concedet.

RE-

RESPONDEO dicendum, quod sacerdos potest dupliciter impediri, ne alicuius confessionem audiat. Vno modo propter defectum jurisdictionis. Alio modo propter impedimentum jurisdictionis ordinis: sicut excommunicati, & degradati & huiusmodi. Quicumque autem jurisdictionem habet, potest ea quae sunt jurisdictionis committere, & ideo si aliquis impediatur, quod alterius confessionem audire non possit, propter jurisdictionis defectum: potest sibi, per quemcumque jurisdictionem habentem immediatam in illos, committi quod confessionem audiat, & absoluat: siue per ipsum, siue per Episcopum, siue per Papam. Si autem non possit: potest sibi concedi, quod confessionem audiat, per eum qui impedimentum remouere potest.

Ad primum ergo dicendum, quod praesudicium non fit alicui, nisi ei subtrahatur, quod est in rebus eius indultum. Jurisdictionis autem potestatem non est commissa alicui homini in fauorem suum, sed in utilitatem plebis, & honorem Dei. Et si superioribus praelatis expedire videatur ad maiorem utilitatem plebis & honorem Dei promouendum, non potest alijs, quae sunt jurisdictionis, committant: in rebus fit praesudicium inferioribus praelatis, nisi illis, quae sunt jurisdictionis, committant: in rebus quaerunt quae sua sunt, non quae Iesu Christi, sed quae gregi praesunt, non ut eum pascant, sed ut ab eo sciantur.

Ad secundum dicendum, quod rector Ecclesiae debet vultum pecoris sui agnoscere dupliciter. Vno modo, per sollicitam exterioris conuersationis considerationem, qua inuigilare debet super gregem commissum: & in hac cognitione non oportet quod credat subdito, sed certitudinem facti, in qua potest, inquirat. Alio modo, per confessionis manifestationem: & quantum ad hanc cognitionem non potest maiorem certitudinem accipere, quam vt subdito credat: quia hoc est ad subueniendum

conscientia ipsius. Vnde in foro confessionis creditur homini & pro se, & contra se, non autem in foro exterioris iudicij. Et ideo ad hanc cognitionem sufficit, quod credat subdito dicenti se alteri absolueri valenti fuisse confessum: & sic patet quod talis cognitio peccoris per privilegium alteri indultum de confessione audienda, non impeditur. Ad tertium dicendum, quod inconueniens esset, si duo æqualiter super eandem plebem constituerentur. Sed quod duo, quorum vnus alio principalior est, super eandem plebem constituantur, non est inconueniens: & secundum hoc super eandem plebem immediatè sunt, & sacerdos parochialis, & Episcopus, & Papa; & quilibet eorum potest ea quæ sunt iurisdictionis ad ipsum pertinentia, alteri committere. Sed si Superior committat, qui & principalior est, dupliciter potest committere. Aut ita, quod eum vice sui constituat, sicut Papa & Episcopus suos penitentiarios constituunt: & tunc talis est principalior, quàm inferior prælatus: sicut penitentiarius Papæ, quàm Episcopus, & penitentiarius Episcopi, quàm sacerdos parochialis; & magis tenetur ei confitens obedire. Alio modo, vt eum in coadiutorem illius sacerdotis constituat: & quia illi coadiutor ordinatur ad eum, cui adiutor datur, ideo coadiutor est minus principalis: & ideo penitens ab eo non tantum obedire tenetur ei, quantum proprio sacerdoti.

Ad quartum dicendum, quod nullus tenetur confiteri peccata, quæ non habet: & ideo si aliquis confiteretur peccata, quæ non habet, & confiteretur penitentiario Episcopi, vel alteri ab Episcopo legitime commisionem habenti confessus fuerit, cum sint peccata dimissa, & quoad Deum, & quoad Ecclesiam, non tenetur ea confiteri proprio sacerdoti, quantumcumque petat. Sed propter stationem Ecclesie de confessione facienda proprio sacerdoti semel in anno, eodem modo se debent habere: sicut ille, qui habet solum venialia.

Talis

In Decr. lib. 5. tit. 38. c. 12.

Talis enim solum venialia confiteri debet, ut quod dicunt, vel profiteri se à peccato mortali immunitatem esse: & sacerdos ei in foro conscientie credere debet, & teneretur. Si tamen iterum confiteretur, non frustra primo confessus fuisset: quia quanto pluribus sacerdotibus confitetur quis, tanto plus de pœna remittitur: tum ex erubescencia confessionis, quæ in pœnam satisfactoriam computatur ex vi clauium. Vnde toties posset aliquis confiteri, quòd ab omni pœna liberaretur. Nec ita facit iniuriam sacramento, nisi in illo, in quo significatio adhibetur, vel per characteris impressionem vel per materiae consecrationem: quorum nec est in pœnitentia. Vnde bonum est, quòd illi auctoritate Episcopi confessionem audit, in confitentem ad hoc, quòd confiteatur proprio sacerdoti: quòd si noluerit, nihilominus eum absolue debet.

ARTIC. VI.

Virum pœnitens possit in fine vitæ à quolibet sacerdote absolui?

33
Tho. 4. d.
20. q. vni.
2. ar. 1.
q. 2.
ar. pract.
cor.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd in fine vitæ pœnitens non possit à quolibet sacerdote absolui. Quia ad absolutionem requiritur aliquis iurisdictionis, ut dictum est*. Sed sacerdos non habet iurisdictionem super illum, qui in fine vitæ pœnitens est. Ergo non potest eum absolui.

¶ 2 Præterea, Ille qui sacramentum Baptismi in articulo mortis ab alio, quam proprio sacerdote suscipit, non debet a proprio sacerdote iterum baptizari. Si ergo quilibet sacerdos in articulo mortis possit absolui a quolibet peccato, non debet iterum absolui a proprio sacerdote, si euadit, ad suum sacerdotem recurrere. Quod falsum est, quia alius sacerdos non habet iurisdictionem super illum, qui in articulo mortis cognitionem vultus pecoris sui.

¶ 3 Præterea, In articulo mortis sicut licet non sacerdoti baptizare: ita etiam non sacerdoti absolui. Sed non sacerdos numquam potest absolui.

foro pœnitentia. Ergo nec sacerdos in articulo
mortis eum, qui non est sibi subditus.

SED contra, Necessitas spiritualis est maior, quam
corporalis. Sed aliquis in necessitate vltima, potest
aliorum rebus vti, etiam inuitis dominis, ad subue-
niendum corporali necessitati. Ergo & in articulo
mortis ab subueniendum spiritali necessitati, potest
quis a non suo sacerdote absolui.

¶ Præterea, Ad idem sunt auctoritates in littera
positæ.

RESPONDEO dicendum, quòd quilibet sacer-
dos, quantum est ex virtute clauium, habet potesta-
tem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia
peccata: sed quòd non possit omnes ab omnibus
peccatis absoluere, hoc est, quia per ordinationem
Ecclesie habet iurisdictionem limitatam, vel omnino
nullam. Sed quia necessitas legem non habet, ideò
quando necessitatis articulus imminet, per Ecclesie
ordinationem non impeditur, quin absoluere possit;
ex quo habet clauis etiam sacramentaliter: & tantum
consequitur ex absolutione alterius, sicut si a proprio
sacerdote absolueretur. Nec solum a peccatis potest
tunc a quolibet sacerdote absolui, sed etiam ab ex-
communicatione, a quocumque sit lata: quia hæc
absolutio etiam ad iurisdictionem pertinet, quæ per
legem ordinationis Ecclesie coarctatur.

Ad primum ergo dicendum, quòd aliquis potest
vni iurisdictione alterius ex eius voluntate: quia ea
quæ iurisdictionis sunt, committi possunt. Vnde quia
Ecclesia acceptat, vt quilibet sacerdos absoluere
possit in articulo mortis: ideò ex hoc ipso secun-
dum quid vsum iurisdictionis habet, quamuis iurisdic-
tione careat.

Ad secundum dicendum, quòd non oportet eum
recurrere ad proprium sacerdotem, vt iterum a pec-
catis absoluaatur, a quibus in articulo mortis absolu-
tus est: sed vt innotescat ei, quod sit absolutus. Nec
similiter oportet, quòd absolutus ab excommunicatione

*lib. 4. Sen
ten. d. 20.*

*Cœ. Tri.
sess. 14. ca
7. de ex-
com. re-
seruat.*

ne ad iudicem vadat, qui aliàs absoluere potest
absolutionem petens, sed satisfactionem offerens.

Ad tertium dicendum, quòd Baptismus habet
efficaciam ex ipsa sanctificatione materia: & in
quocumque conferatur alicui, ille sacramentum
recipit: sed vis sacramentalis penitentiae consistit
sanctificatione ministri. Et idè ille, qui laico
confiterur, quamvis impleat quod ex parte sua est
sacramentali confessione, tamen sacramentalis
absolutionem non consequitur: & idè aliquid valet
quantum ad diminutionem poenae, quae fit per
confessionis meritum & poenam: sed non consequitur
diminutionem illam poenae, quae est in vi claustrum
idè oportet quòd iterum sacerdoti confiteatur
magis sic confessus decedens punitur post hanc
tam, quàm si sacerdoti fuisset confessus.

ARTIC. VII.

*Utrum poena temporalis taxetur secundum
quantitatem culpae?*

34
Tho 4. d.
20. q. un.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd
poena temporalis, cuius reatus post poenitentiam
manet, non taxetur secundum quantitatem culpae.
Taxatur enim secundum quantitatem delectationis
quae fuit in peccato, ut patet Apocalyps. 18. ubi
tunc glorificauit se, & in deliciis fuit, tunc
dedit illi tormentum & luctum. Sed quando
est maior delectatio, ibi est minor culpa: sicut
peccata carnalia, quae plus habent delectationis
quàm spiritalia, minus habent de culpa, secundum
Gregorium. Ergo poena non taxatur secundum
quantitatem culpae.

¶ 2 Præterea, Eodem modo aliquis obligatur
poenam per peccata mortalia in noua lege, sicut in
veteri. Sed in veteri lege debebatur pro peccato
poena septem dierum, ut scilicet septem dies
mundi essent pro vno peccato mortali. Cur
ergo in nouo Testamento imponatur poena
annis pro vno peccato mortali, videtur, quòd

titas pœnæ non respiciat quantitatem culpæ.

¶ 3 Præterea, Maius est peccatum homicidij in laico, quàm fornicationis in sacerdote: quia circumstantia, quæ sumitur ex specie peccati, magis aggrauat, quam quæ sumitur ex conditione personæ. Sed laico pro homicidio imponitur septennis pœnitentia: sacerdoti autem pro fornicatione decem annorum ꝛ secundum canones. Ergo pœna non taxatur secundum quantitatem culpæ.

¶ 4 Præterea, Maximum peccatum est, quod in ipsum corpus Christi committitur: quia tanto quis grauius peccat, quanto maior est, in quem peccatur. Sed pro effusione sanguinis Christi in sacramento altaris contenti, iniungitur tantum pœnitentia quadraginta dierum *, vel parum amplius: pro fornicatione autem simpliciter iniungitur pœnitentia septennis, secundum Canones ꝛ. Ergo quantitas pœnæ non respondet quantitati culpæ.

SED contra, Isa. 27. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabis eam. Ergo quantitas iudicij punitionis peccati, est secundum quantitatem culpæ.

¶ Præterea, Homo reducitur ad æqualitatem iniuriæ per pœnam infligam. Sed hoc non esset, si quantitas culpæ & pœnæ non sibi responderent. Ergo unum alteri respondet.

RESPONDEO dicendum, quòd pœna post dimissionem culpæ exigitur ad duo, scilicet ad debitum soluendum, & ad remedium præstandum. Potest ergo taxatio pœnæ considerari quantum ad duo. Primo, quantum ad debitum: & sic quantitas pœnæ radicaliter respondet quantitati culpæ, antequam de ea aliquid dimittatur. Secundum tamen, quòd per primum eorum, quæ pœnam nata sunt remittere, plus remittitur: secundum hoc per aliud minus remittendum vel soluendum restat. Quia quantum per contritionem plus de pœna dimissum est, tanto per confessionem minus dimittendum restat.

Secun-

*ut dicitur in de iur. d. 50. c. 42. ꝛ habetur in de cr. d. 82. c. 5. in prin. *ut dicitur de cõsecr. d. 20. c. 27. ꝛ ut habetur in d. d. 82. c. 5.

Secundo, quantum ad remedium, vel illius qui
cavit, vel aliorum: & sic quandoque pro minori
peccato iniungitur maior pœnitentia: vel quia peccatum
vnius difficilius potest resisti, quam peccatum
alius. Sicut iuveni imponitur pro fornicatione maior
pœnitentia, quam seni, quamuis minus peccet: vel quia in
iunioribus peccatum est periculosius, sicut in sacerdote quam
in laico; vel quia multitudo magis prona est ad illud
peccatum: & ideo per pœnam vnius, alij sunt excu-
si. Pœna ergo in foro pœnitentiæ quantum ad
modum que taxanda est: & ideo non semper pro maiori
peccato maior pœna imponitur. Sed pœna purgati-
onis solum est ad soluendum debitum, quia iam tunc
non manet locus peccandi: & ideo illa pœna taxatur
solum secundum quantitatem peccati, consideranda
tamen contritionis quantitate, & confessionis
sinceritate, quia per omnia hæc aliquid de peccato
remittitur: vnde etiam a sacerdote, iniungendo sa-
tisfactionem, sunt consideranda.

*¶ citat. in
arg.*

Ad primum ergo dicendum, quod in verbis
duo tanguntur ex parte culpæ, scilicet gloria
& delicta siue delectatio: quorum primum pertinet
ad elationem peccantis, qua Deo resistit. Secundum
ad delectationem peccati. Quamuis autem quæ
que sit minor delectatio in maiori culpa, tamen
ibi semper maior elatio. Et ideo ratio non procedit
ad secundum dicendum, quod illa pœna septem
dierum non erat expiatiua a pœna debita peccati,
vnde etiam si post illos dies moreretur, in purgato-
rio puniretur. Sed expiabatur ab irregularitate,
qua omnia sacrificia legalia expiabant. Nihilominus
tamen, cæteris paribus, plus peccat homo in
lege, quam in veteri: propter sanctificationem
magis perfectam, qua sanctificatur in Batismo; & propter
beneficia Dei potiora, humano generi exhibita. Et
patet ex hoc, quod dicitur Heb. 10. Quanto magis
putatis deteriora mereri supplicia, &c. Nec tamen
hoc verum est vniuersaliter, quod exigatur pro

fibet pe
est qual
compet
ratis diu
Ad te
dos cum
ideo sol
quam al
quod est
beatur
tanta ad
Ad qu
ligenda,
enim spo
gnus esse
De q
D
Eind
sion
Cire
Primo,
Secund
integ
Tertio
script
Quarto,
assigna
V
D prin
fessio
ecles. 17.
d ille qui
est anir
esse cor
2 Pra
tionem
Supple

libet peccato mortali septennis pœnitentia: sed hæc est quasi quædam regula communis, vt in pluribus competens, quam tamen oportet omittere, consideratis diuersis peccatorum & pœnitentiũ circumstantijs.

Ad tertium dicendum, quod Episcopus vel sacerdos cum maiori periculo suo & aliorum peccat: & ideo sollicitius retrahunt eum Canones a peccato, quam alios, maiorem pœnam iniungendo, secundum quod est in remedium: quamuis quandoque non debeat tanta ex debito. Vnde & in purgatorio non tanta ab eo exigitur.

Ad quartum dicendum, quod pœna illa est intelligenda, quando nolente sacerdote hoc accidit. Si enim sponte effunderet, multo grauiori pœna dignus esset.

QVÆST. IX.

De qualitate confessionis, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de qualitate confessionis.

Cōt. Tri.
sess. 14.
c. 5.

Circa quod quæzuntur quatuor.

Primo, vtrum confessio possit esse informis?

Secundo, vtrum oporteat confessionem esse integram?

Tertio, vtrum possit aliquis per alium, vel per scriptum confiteri?

Quarto, vtrum illæ conditiones, quæ à magistris assignantur, ad confessionem requirantur?

ARTIC. I.

Vtrum confessio possit esse informis?

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod confessio non possit esse informis. Dicitur enim, *Tho. 4. 2. c. 17.* A mortuo, quasi nihil, perit confessio. *17. 9. 3. ar. 4. 9. 2* ille qui non habet charitatem, est mortuus, quia *et seq.* non est anima viva. Ergo absque charitate non potest esse confessio.

35
Tho. 4. 2.
17. 9. 3.
ar. 4. 9. 2
et seq.

2 Præterea, Confessio diuiditur contra contritionem & satisfactionem. Sed contritio & satisfactio sunt Supplementum.

G tista-